Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26261
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ut efficeret sic pulvis quem proicit ventus a facie terrae. Co
ntra sunt autem eadem die duodecim milia gentilium exceptis par
vulis ac mulieribus. Tunc congregavit exercitum aris
.III. todimus qui erat pontifex omnium ydolorum et repletus spiritu nequissimo.
excitavit seditionem in populo. ita ut populus contra apostolum prepararet
ad bellum. Sed beatus iohannes ait. Dic mihi aristodime quid faciam ut
tollam indignationem de animo tuo. Cui aristodimus dixit.
Si vis ut credam deo tuo dabo tibi venenum bibere. quod cum biberis si
mortuus non fueris. apparebit verum esse dominum tuum. Cui sanctus
apostolus ait. Venenum si dederis mihi bibere. invocato nomine domini mei.
non poterit nocere michi. Cui aristodimus ait. Prius est ut videas
bibentes et statim morientes. ut vel sic possit cor tuum ab hoc
.IIII. poculo formidare. Cui beatus iohannes respondit. Iam dixi tibi.
paratus esto credere in dominum meum ihesum christum cum me videris post vene
V. num poculum sanum. Pergens itaque aristodimus ad proconsulem et petiit
ab eo duos viros qui pro suis erant sceleribus decollandi. et
statuens eos in medio foro coram omni populo in conspectu apostoli.
fecit eos bibere venenum. Qui mox ut biberunt. spiritum exalaverunt.
Tunc ait aristodimus. Audi me iohannes. et aut recede ab ista
doctrina qua a deorum cultura revocasti populum. aut accipe et
bibe. ut ostendas omnipotentem esse dominum tuum si postea quam biberis
.V. potueris permanere incolumis. Tunc beatus iohannes iacentibus
mortuis his qui venenum biberant intrepidus et stans ac
cipiens calicem et signaculum crucis faciens in eo dixit.
Deus meus et pater domini mei ihesu christi. cuius verbo celi firmati sunt. cui
omnis creatura deservit. et omnis potestas subiecta est et metuit